

Karl Heinrich Charisius Christoph Fischer

Theses Iuridicae De Dolo

Regiomonti: Reusner, 1679

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769806449>

Druck Freier  Zugang





V. H. — 2 (100.)

1. Mollenber de duobus testamentis simul validis.
2. Cuvoc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium, autt' regi str.
4. Stanting de curatore ad litem.
5. Stryci de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryci de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfeudis.
8. Bünsow de jure deactionis et emigrationis.
9. Stryci de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de libris aetatis.
11. Bursfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aoweloe. de praerogationibus.
13. Both de anatopis rno.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius. de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinereos.
19. Ranger de concurren actionum.
20. Ranger de eo quod justum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radov. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Krafft de concursu judicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de indicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1x.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de vi rei judicatae.
29. Wincoep de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fidei.
31. Banfa de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisset.
33. Schroeter de reformatione juris civilis circa causas matrimoniales a Romanis pontificis per jus canonicum perversè tentata.
34. Streit de actione quae ex mala munieris administratione competit.

35. Gribner de fidejussore mulieris apud Saxonas sine curatore contrahentis.
36. Beckmann de patria potestate.
37. M. Graf de jure tutorum.
38. Klünger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Streit de repudio et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
42. J. L. D. Böhm de filio vasalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
- 43². de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spoenla de foro ac privilegiis practiciantibus in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatione per testes et praesumptiones itemque juramentis
to judiciali et necessario in processu executivo locum habente.
48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
49. Schroeter de principum rescriptis eorumque usu moderno.
50. Sahn de jure numeri septenarii Bon. Vuff sur subaudius Zaff.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communis ejusdemque jure.
53. Schmidt de denunciatione e suggestu.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Napoo de impensis in rem alienam a b. et m. f. possessore factis.
58. Schott. de uxore desertivae dote sua esse regula quidem, non tamen
semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotalitium serviens vidua mortua
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.
60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in omni
ra debiti.

22
14

THESES JURIDICÆ
DE
D O L O,

Quas
B. C. D.

Juxta statuta Academica
Consentiente Nobilissima Facultate
Juridica,

PRO RECEPTIONE IN FACULTATEM,
Publico Eruditorum Examine subicit

P R Æ S E S

CAROLUS HEINRICUS
CHARISIUS.

J. U. D. Jud. Aul. Advocat.

Respondente

CHRISTOPHORO FISCHERO,
Prusf.

IN AUDITORIO MAJORI,

d. Junii, M. DC. LXXIX.

REGIOMONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, SER. ELECT.
BRAND. ET ACAD. TYPOGR.

THESIS JURIDICA

D O L O

R. G. D.

Juris Juris Academicus

Conferentia Nobilissima

Juridica

PRO RECEPTIONE IN FACULTATEM

Publicae Facultatis Juris

P R E S E

CAROLUS HEINRICUS

CHARISIMUS

J. M. D. Jur. Aul. Advocat.

Respondens

CHRISTOPHORO FISCHERO

et

IN AUDITORIO MAJORI

Publicae Facultatis Juris

Universitatis Rostockensis

Die Martii MDCCLXXIII

B. C. D.

Th. I.

Dolus hodie circa negotia civilia
interpretatione Juris Doctorum magis,
quam à jure ipso distinguitur in BONUM
& MALUM.

Th. II.

Et hæc assertio tùm juri nostro, tùm ra-
tioni maximè consentanea.

Th. III.

Juri consentanea 1. Quoniam *l. 1. §. 3. π. de dolo malo* ex
quâ ista distinctio probatur, doli boni injicit tantum mentio-
nem, quando dicit, *quoniam Veteres dolum etiam bonum dice-
bant, & pro solertia hoc nomen accipiebant*, non dat ipsam di-
stinctionem. 2. Quia nulla præterea doli boni in toto jure
habetur ratio, potius doli vocabulum pro malo semper accipi-
tur *l. 23. π. de R. J. §. 1. Inst. de vi bonor. rapt. & alibi*, hu-
jusq; gradus & distinctiones sparsim docentur.

Th. IV.

Nec minus rationi convenit: Si enim dolus bonus juxta
l. 1. §. 3. π. de dolo malo, est *Solertia*; tunc vel secundum legum
interpretationem vocis significationem accipis, & nihil habet
similitudinis cum dolo, qui præsupponit malignum alterius
lædendi consilium *§. 1. J. de vi bonor. rapt. l. 7. π. ad L. Cornel.
de sicar. l. 3. §. 1. π. de injuriis*, cum hæc tantum nostra tueamur
& conservemus *l. 33. pr. π. de administr. & peric. Tut.* vel pro
solertia circumveniendi, & tunc comprehenditur sub definitio-
ne doli mali *l. 1. §. 2. π. h. t.* nec boni cognomen meretur.

Th. V.

Non obstat quod juxta Nobiliss. Wissenbach *in Disp. 13. th.
28. ad π. vocabulum DOLI*, ex genere illorum sit, quæ mediæ
sunt

sunt significationis, ita ut in bonam & malam partem accipi-
antur, siquidem ex jure illud non apparet, de quo hinc quæstio
est; quod nec sic accipi velle laudatus Autor ostendit, quando
in Disp. 4. tb. 5. ad Tit. de Reg. J. habet, quod hodiè vox MALI
perpetuum ferme doli sit epitheton, cum olim distinctionis
causa fuerit adjecta.

Th. VI.

Minus vero dissentientibus patrocinator *l. 22. §. 3. π. Lo-
cat.* vel quæ eodem recidit *l. 16. §. 4. π. de Minor.* Certum enim
est, has leges non loqui de dolo, multo minus approbare &
laudare circumscriptiones, sed tantum permittere pluris ven-
dere & minoris emere, idq; propter incertam & inconstantem
rerum æstimationem.

Th. VII.

DOLUS ergo in jure nostro unus & simplex est malus', jux-
ta diversa vero contractuum genera, & juxta malitiæ gradus,
diversus.

Th. VIII.

Hinc vel in Genere consideratur, & tunc sumitur pro qua-
vis improbitate, malitiâ, ac malo proposito, quo alterum quis
sciens & volens lædit, etiam sine machinatione *l. 7. l. 10. l. 14. π.
ad L. Cornel. de scar: l. 2. pr. & §. 8. π. Vi bonor. rapt. l. 3. §. 1. π.
de injur.* Vel in Specie pro illâ malitiâ, quâ alterius calliditate
quis in negotio quod gerit, decipitur & læditur.

Th. IX.

Et hæc doli species *in l. 1. §. 2. π. de dol: mal:* à Labeone re-
ctè definitur, *Omnis calliditas, fallacia machinatio, ad cir-
cumveniendum fallendum, decipiendum alterum adhibita;*
scil: in qua definitione non cumulatio Synonymorum est,
sed comprehensio omnium doli specierum, per verba diversos
fallendi gradus significantia. *Nobilisf. Huber in Digresf. Justinia-
neis lib. 3. c. 25. Habn. ad Wefenb. b. t. n. 4. p. m. 333.*

Th. X,

Th. X.

Et quamvis hæc vocabulorum differentia non accurate adeo semper observetur, diversos tamen decipiendi gradus esse, etiam ex legibus non obscure patet. Ulpianus *in l. 7. §. fin. π. b. t.* dicit, quod non nisi ex magna & evidenti calliditate debeat de dolo actio dari. Paulus *in l. 13. & 14. π. cod.* Pupillos doli capaces existimat, qui non magnam machinationem exigunt. Ulpianus iterum *in l. 23. §. 2. π. de Ædilit. Edict.* Nequiritiam dolo admissam fraudem nominat capitalem. Sic in Conflicto. Imp. Valer. & Gallien. *in l. 3. C. si adversi liberti: sarciri* damnatum ab eo, qui hoc intulit, Præses Provinciæ curabit, non dubitaturus, etiam graviores executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum &c.

Th. XI.

Cæterum vulgo Dolus distinguitur in Præsumptum & Verum, Sed ista distinctio nec accurata nec juri consentanea, sicut nec illa in Personalem & Realem.

Th. XII.

Firmiori subnixâ fundamento divisio in Dolum dantem causam contractui, & incidentem in contractum. Sicut enim hæc ex legibus petita *l. 7. pr. π. b. t. l. 3. §. fin. π. pro socio l. 11. §. 5. l. 13. §. 5. & 27. ff. de act. emt. & vend. sic & ex iis singulares producit effectus.*

Th. XIII.

Et quidem Dolus dans causam contractui, cum scilicet dolo quis inducitur ad contrahendum, qui alias non erat contrahiturus, contractus b. f. vitiat ipso jure *l. 5. C. de resc. vend. l. 7. pr. π. de Dol. mal. l. 3. §. fin. π. pro Socio.* quod sic intelligendum est. Si ab altero contrahentium alter ad contrahendum inducitur. Si enim tertius quidam intervenerit, tunc contractus adimpletus firmus manet, & contra tertium actio de Dolo datur *l. 7. pr. & l. 15. §. fin. π. de Dol. mal. l. 2. π. de Proxenet:* si modo solvendo sit *l. 5. π. de dol. mal:* 2. Si contractus à læso nondum adim-

adimpletus; Exceptio enim Doli salva semper manet, ne per occasionem juris Civilis alterius dolus alicui contra æquitatem naturalem noceat. *l. 1. §. fin. π. de dol. mal. & met: except.* nec tunc ex contractu b. f. datur actio, Contractus vero stricti Juris, cum strictam habeant interpretationem, non vitiat, sed de subtilitate, seu rigore juris dolus hic, præsertim cum tanquam causa ad contrahendum movens sit extra ipsum contractum, non attenditur, sed datur actio, quæ tamen exceptione doli eliditur §. 1. *Inst. de Except. l. 36. π. de V. O. l. 5. C. de inutil. stipulat.*

Th. XIV.

Controvertitur hic an ex contractu b. f. ob dolum causam contractui dantem nullo, dominium transferatur? Nobis affirmantium sententia verior videtur per *l. 10. C. de resc: vend. l. 31. pr. π. de A. R. D. l. 3. §. 7. π. de condict. causa data causa non secuta.*

Th. XV.

Dolus incidens, quando quis ultrò contrahens, circa qualitatem rei decipitur, nec b. f., nec stricti juris contractum facit nullum, sed ex utroq; datur actio, quæ tamen pariter ac in *Thef. 13, in fin. allegatum, exceptione doli eliditur ad. II.*

Th. XVI.

Sic jus nostrum obvenit decipientibus; præter exceptionis vero beneficium, quod permittit decepto, subvenit ei actione, alia si desint remedia, & justa esse causa videatur, de dolo *l. 1. §. 1. π. de dol. mal.*

Th. XVII.

Est vero actio de dolo Prætoria, Personalis, Arbitraria §. 31. *Inst. de Act. l. 18. pr. & §. 1. π. de dol. mal.* quæ quis in judicio prosequitur præstationem damni alterius dolo malo commissi, Datur decepto *l. 7. §. fin. π. de dol. mal.* Contra decipientem *l. 15. §. fin: eod:* & eum qui locupletior exinde factus *l. 13. pr. & §. 1. l. 15. §. 2. l. 26. & 29. eod.*

Th. XVIII.

Non tamen pariratione i. enim, qui suo nomine de dolo malo

malo & fraude damnatus, infamia notatur, per l. 1. π. de his qui
not: infam. qui verò locupletior alieno dolo factus, non item,
cum calculi ratione potius hic quam maleficii conveniatur l.
29. π. de dol. mal: 2. Contra decipientem intra biennium se-
cundum constitutionem in l. ult. C. de dol. mal: actio de dolo
moveri debet, & continuari. Contra eum vero qui locupleti-
or factus, actio est perpetua l. 28. & seq. π. de minor. 3. Con-
tra decipientem intra biennium instituta dicitur de dolo famo-
sa, post biennium & contra eos qui dolo alterius locupletiores
facti, dicitur actio in factum doli subsidiaria, quæ non est fa-
mosa l. 11. b. t.

Th. XIX.

Dicit Prætor: Si alia actio non erit, & justa causa esse vide-
bitur, iudicium dabo l. 1. §. 1. π. de dolo malo. quæ verba non,
ut pleriq; contra mentem Prætoris, successive, sed cumulative
accipienda, licet aliæ leges veluti l. 1. §. 4. & fin. l. 2. 3. 4. π. de
dol. mal: l. 2. C. eod. simpliciter, si alia actio non erit, loquan-
tur: Interpretationem enim merito ex ipso edicto admittunt
l. 7. pr. b. t.

Th. XX.

Sunt verò justæ secundum leges causæ 1. Salus privatorum
§. fin. J. de J. & J. l. 5. & l. 7. §. 3. π. de dol. mal: 2. Salus Rei
publ. l. 51. §. 2. π. ad L. Aquil: l. 21. π. de reb. cred. quibus 3. ad-
jungitur favor & beneficia juris arg: l. 15. C. de resc: vendit: l. 11. C.
de prædiis & aliis reb; minor. Hinc Juris Commentatores distin-
guunt: Cessat actio de dolo si alia sit actio scil: civilis, secus si
sit criminalis, cum qua concurrere potest actio doli. Dominus
Wissenb: in Disp. 13. th. 31. in fine ad π.. Sed imperfectionis di-
stinctionē arguunt l. 9. l. 7. pr. & §. 3. l. 19. π. de dol. mal: l. 1. C.
eod. quæ volunt, ut actio civilis sit efficax, h. e. ut rem dolo a-
missam recuperare possim, cum omni causa, quod finis actio-
nis de dolo est l. 1. pr. b. t. Tutissimum ergo edicti verba con-
junctim admittamus. utpote quo medio omnem, circa hanc
controversiam, difficultatem facili negotio removemus.

Th. XXI.

Th. XXI.

Quod diximus in Th. 16. Actionem de dolo dari contra decipientem, sic regulariter se habet: Sed in *l. 11. §. 1. π. de dol. mal.* specialiter excipiuntur personæ, contra quas ob reverentiam cessat de dolo actio, & in factum datur: & in *l. 15. §. 1. eod.* Municipales, ratio enim non patitur, ut universitas fiat infamis.

Th. XXII.

Singulare est in *l. 37. π. de dol. mal.* quod Dolus in emto: & vendit: ibi admissus non vindicetur actione ex emto & vendito, sed actione doli.

Th. XXIII.

Si reus deferente actore juravit, nil se debere, & absolutus est, sed eum pejerasse postea probatum, in perjurum non datur actio de dolo, sed sufficit perjurii poena *l. 21. §. 22. π. de dol. mal.*

Th. XXIV.

Exceptio doli datur decepto & absolute perpetua est *l. 5. §. fin. π. de dol. mal. §. met. except.*

Th. XXV.


Quod dicitur in *l. 84. §. 5. π. de Legat. 1. §. alibi* exceptionem de dolo inesse b. f. contractibus non sic intelligendum, quasi non debeat allegari, sed allegari debet non tantum, sed & probari *l. 16. π. de dolo malo*, imo designari oportet persona, cujus dolo factum sit *l. 15. §. fin. eod.*


Th. XXVI.


Jus nostrum Provinciale Prut: in hac materia fere per omnia servit juri Civili.

T A N T U M!











AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihilo valide cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Ho IV. §. 4. p. m. 833.


8) In litteris cambii *non requiritur jam facta de excussio* jure Saxonico et aliorum locorum leg cambium et pactum obligationis ad carcerem c xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio* liberat a ca Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione causa debiti*. Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FRI de pecunia mutuatia tuto collocanda. Cap. III jus autor exquisitoria tradit, quam inscripti promittit.

§. CXVIII.

Obligatio ad *obstadium* etiam ab obligatione d rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem nei bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in fere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Q cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam ob gitur et quidem cum comminatione poenae *des Schu* tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Com dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt g auf fernar gegen ihn ernstlich verfabren werden soll.* obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis*, Ha re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhaus* bus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3



77

ius
ibi
sc.
ap.

um
em
Sa-

m.
ex
m.
ru-
ste

ce-
de-
offi-
lo-
un-
en-
sch
or-
er
ffe
ar-
ad
ne-
vi-
id.
Ex-